

Isto etiam amore recto debemus diligere
nos ipsos ut scilicet non diligam⁹ nos car
naliter sed spiritualiter nō amore priuato
sed diuino non ad mundanam gloriam sed
ad salutem eternā. Econtra dicit aposto=
lus. ij. thimathei. iij. Instabunt tp̄a p̄iculo
sa erūt homines seip̄os amātes / B ¶ Ter
cio dilexit nos amore discreto. Amor discre
tus est quando quis in homine diligit natu
ram et odit culpam. Bernhard⁹ xp̄us na=
turam nostram assumsit et culpam vitauit
xp̄us in carnis asumptione condescendit in
culpe vitatōe consuluit sibi Isto amore di
screto debemus diligere p̄ximum / nos / et
deū. Ip̄a em̄ caritas habet zelū mortem ⁊
alas. Vnde dicit Ambrosius in libro de ysa
ac. zelum habet caritas. qm̄ per zelum quē
habet non suis parcit. Et habet mortez ca
ritas. quia sicut mors peccatoꝝ est finis /
ita et caritas. Vnde xp̄c diligens moysen ī
igne sibi apparuit. In quibus verbis appa
ret q̄ illi qui habent caritatem / debēt ha=
bere ad p̄ximum zelum vitia arguēdo. Ad
seip̄os mortem omnem amorem mundi in
se mortificando. Ad deum alas ignitas per
amorem in ip̄o tendendo ¶ Quarto dile=
xit nos amore vtili. quia tanto tempore q°
nobiscum fuit nostram semper vtilitatem
procurauit. Actuum quarto. Qui pertran
sijt benefaciendo et sanando / omnes op=
pressos a dyabolo. Isto amore vtili debe=
mus diligere deum et proximum. Deum nō
tantum ore vel corde / sed et opere diliga
mus. Mathei quarto. Non omnis qui dicit
michi domine dn̄e intrabit in regnū celoꝝ
sed qui facit voluntatem patris mei q̄ in ce
lis est ip̄e intrabit in regnum celoꝝ. Ac si
dicat. Qui michi semel dicit domine diligē
do me tm̄ corde n̄ ītrabit. ⁊ ore n̄ ītrb^t. Iz q̄
dicit ter corde et ore et opere faciendo. s.
voluntatem patris mei ip̄e intrabit. Isto
etiam amore vtili debemus diligere pro=
ximum prima Johannis tercio. Non diliga
mus verbo neqz lingua. scilicet tantum h°
quo ad amorez oris sed opere. hoc quo ad
amorem operis. Et veritate / hoc quo ad
amorem cordis. Gregorius in moralibus.
Dilectio in ea semper exhibenda est ⁊ ve=
neratōne sermonis et misterio largitōnis
C ¶ Quinto dilexit nos amore vehementi
Vnde ip̄e dicit Johannis quindecimo. Ma
iorem dilectōnem nemo habet vt animaz
suam quis ponat ⁊c. Similiter ⁊ nos de=
bemus diligere deum amore vehementi /
vt ipsum scilicet toto corde diligamus Ma
thei. xxij. Diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo ⁊ in tota anima tua. et in
tota mente tua. Amore vehementi etiam
debemus diligere proximum / vt pro eius
amore res et animas exponamus. j. Johā
nis tercio. Christus animam suam pro fra=
tribus posuit / et nos debemus animas p̄
fratribus ponere ¶ Sexto dilexit nos a=
more perseueranti. Dilexit em̄ nos in prin
cipio medio ⁊ fine. In principio quidez no
biscum parentelam contrahendo. Hiere=
mie. xxxj. In caritate perpetua dilexi te.
ideo attraxi te miserans tui. In medio no
biscum familiariter cōuersando. Baruth. 3°.
Post hec in terra visus et cum hominibus
conuersatus est. Societas aūt hmōi amici
vtilis nobis fuit magis q̄ societas patris
nostri prouerbiorū decimooctauo. Vir ami
cabilis ad societatem magis erit q̄ frater.
In fine autem pro nobis moriendo Johā
nis tredecimo. Cuz dilexisset suos qui erāt
in mundo in finem dilexit eos. Isto amo=
re p̄seueranti debem⁹ diligere deum et p̄
ximum. Deum vt diligamus ip̄m in princi=
pio medio et fine. i. in puericia / adolescen=
tia / iuuentute / et senectute. Proximū ve=
ro vt diligamus ip̄m in prosperitate et ad
uersitate. Gregori⁹ cū quis positus in pro=
speritate diligi² incertū ē an ip̄e vel p̄spe
ritas diligitur. Amissio em̄ felicitatis īter=
rogat vim amoris. Qui em̄ in aduersitate
p̄ximū deserit aperte ꝯuincit² q̄ hūc in p̄=
speris n̄ amauit. Ambrosius. Constās debz
esse amicicia et p̄seuerare in affectu. Nec
puerili more amic⁹ se mutare. Eccl. vj. Nō
derelinquas amicum antiquū. nou⁹ enim
n̄ erit similis sibi. Scdm omes istos sex mo
dos hij gl'iosi apl'i dilexerūt xp̄m ⁊ se inui=
cem ⁊ oēs p̄ximos quos xp̄o lucrari satage
bāt vt patuit ex eoꝝ p̄dicatōne / miraclo=
rū oñsione / ⁊ eoꝝ gloriosa passione vt ip
si perfectissime hoc p̄ceptū dilectōis adim
pleuerūt. Qd nobis ꝯcedat qui sine fine vi
uit et regnat. Amen.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0372
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt